



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Innocentio XI. Ad Innocentium XII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

9. Cum nos alias &c. Ordinationes quædam pro Ordine Fratrum
Prædicatorum cum Cardinalis Palutii moderamine confirmantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74849](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74849)

cationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinat, præinfertur Summarium Indulgentiarum, & gratiarum spiritualium, omniaque & singula in eo contenta auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes & singulos, juris & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Concessio facultatis erigendi Confraternitates sub titulo Sanctissimi Rosarii.

§. 3. Præterea præfato Antonio moderno, & pro tempore existenti Magistro Generali dicti Ordinis Fratrum Prædicatorum, eoque à Romana Curia absente, Vicario Generali ejusdem Ordinis itidem pro tempore existentis, Confraternitates sub titulo Sanctissimi Rosarii hujusmodi in quibusvis Mundi partibus, servata tamen Constitutione felicis Clementis PP. VIII. Prædecessoris Nostri, quæ incipit *Quacunque à Sede Apostolicâ*, &c. 7. Decembris MDCIV. editæ, ac Decretorum hujus Sanctæ Sedis, præsertim circa distantiam locorum in erectione Confraternitatum similis instituti servandam emanatorum formâ, & dispositione, erigendi & instituendi, quamcunque necessariam, & opportunitatem facultatem auctoritate & tenore præfatis tribuimus, & impertimur.

Est actus post Canoniam Confraternitatum erectionem gratiarum spiritualium participatio.

§. 4. Ac omnibus & singulis Confraternitatibus utriusque sexus Christi fidelium, sub eodem titulo Sanctissimi Rosarii ubicunque locorum hæcenus erectis, & in futurum tam in præfati Ordinis, quam in aliis quibuslibet Ecclesiis, vel Oratoriis per memoratum Magistrum Generalem, seu Vicarium Generalem, sicut præmittitur, quodocunque erigendis, illarumque Confratribus, ut statim atque Canonica ipsarum Confraternitatum erectio facta fuerit, etiam absque ullâ indulgentiarum, & gratiarum spiritualium communicatione, vel aggregatione, omnium & singularum indulgentiarum, etiam plenarum, & aliarum gratiarum spiritualium præfatarum participes sint, dictique Confratres & Consores omnes, & singulas, etiam plenarias indulgentias, & peccatorum remissiones, ac poenitentiarum relaxationes, cæterasque gratias spirituales in Summario præinferto contentas & expressas, servatis tamen, & adimpletis omnibus illis, quæ pro illarum consecutione respectivè præscripta sunt, consequi, illisque uti, frui & gaudere liberè & licitè possint & valeant, eadem auctoritate harum serie concedimus & indulgemus.

Decretum roborans & irritans.

§. 5. Decernentes easdem præfatas Litteras semper firmas, validas & efficaces existere & fore, suisque plenarias & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quodocunque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscunque Judices ordinarios & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari & definiri debere, ac irritum & inane, si quid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariis.

§. 6. Non obstantibus quatenus opus sit Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regulâ de non concedendis indulgentiis ad instar, ac præfata Clementis Prædecessoris, aliisque Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, nec non quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis & Litteris Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliâ in suo robore permanfuris, ad præmissorum effectum hæc vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Transumptum fides.

§. 7. Volumus autem, ut earundem præsentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam

impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiasticâ Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 31. Julii 1679. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

J. G. SLUSIUS.

Ordinationes quædam pro Ordine Fratrum Prædicatorum cum Cardinalis Palatii moderamine confirmantur.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Cum nos aliâ de iis, quæ Ordini Fratrum Prædicatorum necessaria, atque utilia erant satis edocti, quasdam ordinationes ad Dilectum Filium Nostrium Palatium S. R. E. Presbyterum Cardinalem de Alteriis nuncupatum, dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectorem transmitti mandavimus, quæ à Capitulo Generali ejusdem Ordinis novissime celebrato fieri deberent, ipsæque ordinationes die præcedenti electionem novi Magistri Generalis Ordinis præfati coram omnibus Definitoribus, de mandato & in præfenti dicti Palatii Cardinalis, & Protectoris, nomine & jussu Nostro in publico Definitorio lætæ, ibique ab omnibus ejusdem Capituli Generalis Vocalibus cum humili illarum observantiæ professione acceptatæ, & statutæ fuissent; & prostridie statim factâ electione Dilecti Filii moderni Magistri Generalis dicti Ordinis, idem novus Magister Generalis antequam in Ecclesiam ad recipiendam à Fratribus obedientiam descenderet, juxta easdem ordinationes illarum observantiam coram toto Capitulo promississet, ac promissionem hujusmodi publico juramento in manibus præfati Palatii Cardinalis Protectoris, & Capituli Præsidentis præfesto confirmasset: Recursum habuerunt ad Nos quatuor Deputati à Capitulo Generali prædicto, Nobis humiliter supplicantes, ut præjudiciâ, quæ toti Ordini prædicto ex observantiâ aliquarum ex dictis ordinationibus nascitura supponebant pendere, ac desuper opportunè providere de benignitate Apostolicâ dignaremur.

Loquitur de ordinationibus ad Cardinalem Palatium transmissis.

Est à Capitulo acceptatis.

Earum moderatio à Deputatis expectata.

Est à Cardinali Palatii facta.

§. 2. Nos verò ejus rei cognitionem demandavimus memorato Palatio Cardinali & Protectori, qui auditis, & maturè discussis rationibus per eosdem Deputatos, tam vivâ voce, quam scripto deductis, easdem ordinationes jussu Nostro moderatus est, & redegit in formam tenoris qui sequitur, videlicet.

Ordinationes & Statuta faciendâ in Capitulo Generali Ordinis Prædicatorum antequam deveniantur ad electionem Magistri Generalis, à Magistro noviter electo juramento promittenda coram Capitulo Electorum, statim post electionem, antequam in Ecclesiam ad recipiendam obedientiam descendat; idemque à successoribus, in futuris electionibus præstandum. Primo statuendum est, quod observentur Constitutiones Apostolicæ, ac illæ Religionis super celebratione Capituli Generalis quolibet triennio, non autem ultra, absque licentiâ Summi Pontificis. Quodque in fine cujuslibet Capituli Generalis statuatur tempus, & locus futuri Capituli. Secundo. Est statuendum quod Generalis teneatur personaliter, & per seipsum peragere universam Europam, ac visitare Religionem ejusque Conventus, ita ut id sequatur de omnibus Conventibus, vel eorum majori parte, non autem de magis conspicuis tantum, vel in locis transitus. Quodque id agat cum eâ majori modestia, & parvimonâ, quam religiosa humilitas exigit, tam circa numerum locorum, aliorumque comitum & familiarium, ut non excedatur numerus sex, vel octo, quam circa victum, aliasque expensas, ne Con-

Agunt de tempore celebrationis Capituli.

De visitandis à Generali Religionis Conventibus.

De gradibus
Magisterii.De sub-
scribendis
Actis &
Decretis.Obser-
vanda post
Generalis
Electio-
nem.Ordina-
tiones
prædictæ
Apostolicæ
firmitate
muniun-
tur.Et defe-
ctus sup-
plendus.Annulan-
tur statuta
oppoſita.

ventus nimium graventur, ideòque omnes expen-
ſæ non poſſint excedere ſcuta quatuor quolibet die;
quodque mora ſit omnino brevis, niſi ex aliquâ ju-
ſtâ cauſâ, quæ concernat viſitationem, & correçtio-
nem ejusdem Conventus, & non alias, & videatur
neceſſaria talis mora; Super quæ ejus conſcientia
graviter onerata ſit. Neque ſuper hac obligatione
viſitandi Capitulum Generale diſpenſare valeat
abſque Apoſtolicâ auctoritate. Tertiò, quod circa
gradus Magiſterii debeat omnino ſervare Conſtitu-
tionem Bonifacii IX. quæ incipit: Dilectos Filios,
ſub datum Romæ apud Sanctum Petrum quinto
Kalendas Maii, Pontificatus anno decimo tertio,
neque illi derogare valeat. Et quarrò. Quòd non
poſſit alterare præſentia Statuta, vel alias Conſtitu-
tiones, vel Acta & Decreta Capitularia. Quòdque
Acta & Decreta Capitularia debeant ſubſcribi ab
Eminentiffimo Proteçtore, & à tribus qualificatis
Religioſis à Capitulo Generali deputandis, atque
alias non poſſint imprimi, vel publicari, nullamque
faciant fidem, vel robur habeant Ordinationes, &
Statuta facienda in Capitulo Generali Ordinis
Prædicatorum poſt ſequutam electionem Generalis.
Elegantur quatuor, vel ſex Religioſi ex doctioribus
& proveçtoribus, magiſque informatis, quibus
committatur cura revidendi Conſtitutiones earum-
que Gloſſas & ordinationes, ac referendi Capitu-
lo Generali, quam exigant correçtionem, vel
emendationem, ſive declarationem, & aliam pro-
viſionem in omnibus his, quæ concernunt ſtatum,
& commodum Religionis, ac obſervantiam, & di-
ſciplinam Regularum. Atque deſuper à Capitulo ſta-
tuatur (ad formam Conſtitutionum tamen) ut in po-
ſterum omnes tollantur occaſiones queſtionum, &
dubitationum, & præſertim circa inſtitutionem, &
remotionem Superiorum, & ſimilium. Et ubicunque
in Gloſſis Conſtitutionum citantur Litteræ Pontifi-
ciæ aut Decreta Congregationum, vel alia ſimilis au-
thoritatis, ad authenticos Codices, & poſteriores de-
rogationes, ſi quæ ſint, recurratur, & cum his corrigan-
tur, & ad litteram recitentur, & hæc omnia ſiant à
prædictis Religioſis, Eminentiffimo Proteçtore con-
ſulto approbante. Et ſupraſcripta omnia ſerventur in
poſterum ſemper, ſi hæc Conſtitutiones imprimendæ
ſint cum aliquâ mutatione, ſive in iſiſis, ſive in Gloſſis.

§. 3. Quare nos perpetuæ, acque inviolabili
prædictarum ordinationum, quæ toto Ordini ſu-
pradiçto peritiles, atque conducibiles eſſe digno-
ſcuntur, firmitati, robori & efficaciæ, ac obſer-
vationi, ex commiſſi Nobis cæliſtis paſtoralis officii
debito conſulere cupientes, motu proprio, ac ex
certa ſcientiâ, & maturâ deliberatione Noſtris, de-
que Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ordina-
tiones & Statuta præſentia, omniaque & ſingula in
eis contenta & expreſſa, tenore præſentium perpe-
tuo confirmamus & approbamus, ac etiam inno-
vamus, illiſque inviolabilis, & irrefragabilis Apo-
ſtolicæ firmitatis, vim, robur & efficaciam ad-
jungimus, ac omnes & ſingulos, juris & facti,
& ſolemnitatum quarumvis tam ex Juris Commu-
nis, & Apoſtolicarum, ac dicti Ordinis Conti-
tutionum, & Privilegiorum præſcripto, quàm de
ſtylo, uſu, & conſuetudine etiam immemorabili
ejusdem Ordinis, & alias quomodolibet in ſimili-
bus, etiam de neceſſitate obſervandum, & alios
quoslibet, etiam quantumvis formales & ſubſtantia-
les, ac incogitatos & incogitabiles, ſpecificaque
& individuâ mentione, & expreſſione dignos de-
fectus, ſi qui in eis, vel eorum aliquo principaliter,
vel præterdi quovis modo poſſent, pleniffimè, &
ampliſſimè ſupplemus & ſanamus, ac penitus, &
omnino tollimus, perimus & abolemus; ipſasque
ordinationes, & Statuta præſentia à die primæ il-
larum, & illorum publicationis, & acceptationis,
ſtriçtè, & rigoroſè obſervari præcipimus.

§. 4. Ac proinde ſi quid ſubinde tam à præſato

Capitulo Generali in ſuis Actis Capitularibus,
quàm à dicto Magiſtro Generali, aliove quocun-
que actum, geſtum, decretum, vel ordinatum ſuit,
aut in futurum quodcunque à Capitulis Gene-
ralibus, vel Magiſtris Generalibus dicti Ordinis pro
tempore exiſtentibus, aliſve quibuslibet agi, geri,
decerni, vel ordinari contigerit, quod præſentis
Ordinationibus, & Statutis directè, vel indirectè
ſeu alias quomodolibet adverſetur, aut illorum ef-
fectum quovis modo impedire, vel avertere va-
leat, id in eâ parte nullum, caſſum & irritum,
nulliusque roboris & momenti, ac viribus & ef-
fectu penitus, & omnino vacuum eſſe, & fore,
etiam ex nunc, prout ex tunc, & contra decerni-
mus & declaramus.

§. 5. Decernentes pariter eaſdem præſentes
Litteras, & in eis contenta quacunque, etiam ex
eo quòd Magiſter Generalis, cæterique Superio-
res, & Fratres Ordinis prædicti, & alii quilibet
etiam ſpecificâ & individuâ mentione, & expreſſio-
ne digni in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu ha-
bere quomodolibet prætendentes illis, non conſen-
ſerint, nec ad ea vocati, citati, auditi, neque
cauſæ, propter quas præſentes emanarint, adduc-
tæ, ſpecificatæ, vel juſtificatæ fuerint, aut ex alia
quâlibet, etiam quantumvis juridica, pia & privi-
legiata cauſa, colore, prætextu, vel capite, etiam
in Corpore Juris claſſo, etiam enormis, enormiſſi-
mæ, & totalis læſionis, nullo unquam tempo-
re de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullita-
tis vitio, ſeu intentionis Noſtræ, aut intereſſe ha-
bentium conſenſus, aliove quolibet, etiam quan-
tumvis magno, & ſubſtantiali, ac incogitato, in-
excogitabili, individuamque expreſſionem requi-
rente defectu notari, impugnari, inſringi, retractari
reſcindi, modificari, limitari, aut in controverſiam
vocari, ſeu ad terminos Juris reduci, aut adverſus
illas apertionis oris reſtitutionis in integrum, aliud-
ve quodcunque juris, facti, vel gratiæ remedium
intentari, vel impetrari, ſeu impetrato, aut e-
tiam motu, ſcientiâ, & poteſtatis plenitudine
vel paribus conceſſo vel emanato, quempiam in judi-
cio vel extra illud uti, ſeu ſe juvare ullo modo poſ-
ſe, ſed ipſas præſentes Litteras ac Ordinationes, &
Statuta præſentia ſemper firma, valida & efficaci
exiſtere & fore, ſuoſque plenarios, & integros ef-
fectus ſortiri & obtinere, ac ab illis, ad quos ſpec-
tat, & pro tempore quodcunque, ſpectabit in
omnibus, & per omnia inviolabiliter, & incon-
cuſſè obſervari.

§. 6. Sicque & non aliter in præmiſſis omnibus,
& ſingulis cenſeri, atque ita per quocunque Judi-
ces ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii
Apoſtolicæ Auditores, ac S. R. E. præfatæ Cardina-
les, etiam de Latere Legatos, & Apoſtolicæ Sedis
Nuncios, aliſve quoslibet quacunque præeminen-
tia & poteſtate fungentes & functuros, ſublata eis,
& eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & in-
terpretandi facultate & auctoritate, judicari & de-
ſiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper
his à quoquam quavis auctoritate ſcienter vel igno-
rante contigerit attentari.

§. 7. Non obſtan, præmiſſis ac quatenus opus
ſit, Noſtra & Cancellariæ Apoſtolicæ Regula de
jure quæſito non tollendo, aliſque Apoſtolicis,
ac in Universalibus, Provincialibusque Conciliis
editis, generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutioni-
bus & ordinationibus, nec non dicti Ordinis,
aliſve quibusvis, etiam juramento, confirmatione
Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Sta-
tutis, ſtylis, uſibus, conſuetudinibus, etiam im-
memorabilibus, privilegiis quoque, indultis & Lit-
teris Apoſtolicis eidem Ordini, ejusque Magiſtro
Generali, cæterisque Superioribus, Fratribus, &
perſonis quibuslibet, etiam ſpecifica, & individuâ
mentionem dignis, ſub quibuscunque verborum
tenoribus & formis, ac cum quibusvis, etiam de-
rogatoriis derogatoriis, aliſque efficacioribus,
efficaciſſimis, & inſolitius clauſulis, irritantibus

Decretum
ſuper ob-
ſtativis.Decretum
irritans &
Clauſula
ſublata.Deroga-
tio contra-
riis.

que,

que, & aliis Decretis, in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, ac consistorialiter, & aliis quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, ac pluries, & quantifcunque vicibus confirmatis approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, ac individua, & de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores, formas, causas & occasiones præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, insertis, specificatis & servatis, respectivè habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ac derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscunque.

§. 8. Volumus autem, ut earundem præsentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in Judicio, quam extrà habeatur, quæ haberetur ipsi præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 6. Octobris 1679. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

J. G. SLUSIUS.

X.

Confirmantur Constitutiones factæ pro Clericis
Secularibus in commune viventibus.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

CRedita nobis divinitus Apostolicæ Servitutis ratio postulat, ut salubria Christi fidelium in sortem Domini vocatorum Instituta, ex quibus uberes in Ecclesia Dei bonorum operum fructus assidue provenire noscuntur, ac Constitutiones pro felici, prosperoque illorum regimine, & progressu, piè prudenterque factas Apostolici muniminis præsidio robaremus, pique illorum studia favoribus, & gratiis decoremus, sicut ad Omnipotentis Dei gloriam, & animarum salutem expedire in Domino arbitramur.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt Dilecti Filii Clerici seculares in commune viventes, quod anno 1640. operâ tunc in humanis agentis Bartholomæi Holtzhauser Vicarii tunc existentis Episcopi Chiemenfis in Bavaria, ac ad Sanctum Joannem in Leogenthal Decani inchoatum fuit eorum Institutum, quod Deo opitulante in aliis Diocæbus & Provinciis indies usque in præsens adeo excrevit, ut non tantum à b. mem. Johanne Philippo dum vixit Archiepiscopo Moguntino, Sacri Romani Imperii Principe Electore, sed etiam ab aliis pluribus Archiepiscopis, & Episcopis fuerit in eorum Diocæses receptum, & expresse approbatum, ac ab iisdem per propriis Litteras, prout etiam à Charissimo in Christo Filio Nostro Leopoldo Romanorum Rege in Imperatorem electo, & à bonæ pariter memoriæ Maximiliano Primo, & Ferdinando Maria, dum vixerunt, utriusque Bavarie Ducibus, ejusdem Sacri Romani Imperii Principibus Electoribus, huic S. Sedi Apostolicæ instantissimè commendatum extiterit.

§. 1. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebatur, Institutum prædictum sub immediatâ jurisdictione Ordinarium, ac directione unius supremi Præsidis, prout modo dicti Exponentes eisdem subfuerint, omni prorsus exemptione seclusâ salubriter ordinatum, ac pro felici ipsorum Exponentium, & Instituti hujusmodi directione, re-

atque juventutis institutione nonnullæ Constitutiones factæ fuerint, quæ per Congregationem nonnullorum ex Venerabilibus Fratribus Nostriis S. R. E. Cardinalibus super hoc negotio à Nobis specialiter deputatam, revisæ, & in nonnullis correctæ fuerunt, ac in unum volumen redactæ, tenoris, qui sequitur, videlicet.

*Constitutiones Clericorum Secularium in commune
viventium.*

Procemium.

Finis hujus vitæ Clericalis non est novum Institutum, aut Religionem introducere; Sed ipsummet statum Clericalem, & Ecclesiasticum à Christo fundatum, & ab Apostolis observatum sub immediatâ R. R. Ordinarium potestate omni prorsus exemptione seclusâ purè amplecti. Ut verò primæva, ac genuina prædicti status honestas tutius, & sanctius conservetur, Sacerdotes hujus vitæ juxta antiquos Ecclesiæ Canones, secluso feminarum consortio, bini, terni, vel etiam plures, simul sub privatâ, & economicâ quadam unius Superioris directione, ac inspectione vivant, & bona sua Ecclesiastica in communes pios usus conferant: atque sic & privatam suam, & animarum sibi commissarum æternam salutem gnâviter promoveri studebunt, prout sequentes Constitutiones in certa capita digestæ, uberius explicant.

Illud porro sibi persuadeant se jurisdictioni Ordinarium, in quorum Diocæbus pro tempore Beneficia, vel domicilia obtinuerint (seclusa omni exemptione) semper manere subiectos: Quorum proinde, uti & præcipuè ipsius S. Romanæ Catholicæ Ecclesiæ Matris nostræ Dogmata, jura, Decreta & consuetudines, pro viribus observabunt, atque defendent, quemadmodum à Clericis ea observari, & defendi par est.

Cæterum Constitutiones hujus vitæ Clericalis in sex partes præcipuè dividuntur. Prima est de curâ propriæ salutis, & profectus in Spiritu. 2. De communitate bonorum. 3. De fraternâ cohabitatione. 4. De separatione mulierum. 5. De obedientia. 6. Denique de curâ animarum.

De Curâ propria salutis, & profectus in Spiritu.

I.

Cum fides sit fundamentum, & initium salutis æternæ, sublato omni proprio judicio, captivantes intellectum suum in obsequium fidei Jesu Christi, teneant promptam, ac paratam voluntatem omnibus iis fidem, ac obedientiam præstandi, quæ vera Christi Sponsa, ac S. Mater nostra, Romana Orthodoxa, Catholica Ecclesia, credenda, aut faciendâ declaravit, vel in posterum declarabit.

II.

Per rectam intentionem in omnibus suis actionibus sincerè gloriam Creatoris sui spectent, curentque, quantum in se erit non solum se ipsos, verum etiam omnes alios ad serviendum divinæ Majestati excitare propter ipsammet, & propter nimiam charitatem, quâ prior dilexit nos, neque in ulla re se ipsos quærant, sed in omnibus creaturis, quemadmodum & in semetipso, Creatorem suum, & omnes in illo diligant.

III.

Unusquisque perspectas habeat animi sui propensiones, & antevertere noverit tentationes, opponendo ipsis remedia, quæ quivis sibi cum Divina gratia comparare, & in promptu habere laborabit, insilendo se ad ea, quæ sunt contraria peccatis, & profectui Spiritus conducunt; ut si quis animadvertit, se ad superbiam, aut iram aliâve passionem esse propensum, is exerceat se in rebus abjectionibus, & quærat ea, quibus patientiam exercere, aut alii vitiosæ propensioni resistere possit.

IV.

Ad virtutes solidas hominis sui interioris pro vi-

Procemium à fine Vitæ Clericalis & generali Constitutionum contentum.

Subjiciuntur Clerici jurisdictioni Ordinarium.

Divisio Ordinationum in sex partes.

Intellectus in obsequium fidei captivandus.

Creatoris gloria ubique spectanda.

Animi propensiones probè cognoscendæ.

Christianis virtutibus studendum.

Transumptorum fides.

D. 6. Octobris 1679.
P. A. Quarto.

Exorditur a confirmandis Statutis Ecclesiæ proficiuis.

Loquitur de institutioni Auctore & Approbatoribus.

Allegat & recenset Ordinationes pro Instituti directione factas.